

Winkel: Tabula bio-
graphica.

N^o
105





TABULA
IOGRA-
PHICA

NOTITIAM
PRÆSTANTISSIMORUM
QUORUMVIS VIRORUM
ARMIS LITERISQUE INCLUTORUM
REPRÆSENTANS

ADORNATA

ET

PER-ILLUSTRI, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO



VIRO

DN. CHRISTIANO
WILHELMO EYBENIO

SERENISSIMO HOLSATICO-SLESVICENSIDUCI
à CONSILII STATUS

MOECENATI AC PATRONO MAXIMO
DEDICATA

JOH. CHRISTOPHORO WINCKLERO,
JURISPRUD. CULTORE,

HAMBURGI,

Typis CONRADI NEUMANNI, Senatus Gymn. & Scholæ Typogr.

289 d

Nr 105 d



TABULA
BIOGRAPHICA
PHILOSOPHICAE
DE CHRISTIANO WOLFFIO
VIRI
DOCTORIS
CHRISTIANO WOLFFIO
PHILOSOPHO
MAGISTRO

See
p. 2



VIR PER-ILLUSTRIS

PATRONE COLENDISSIME!



Udet hæcce tabu-
la in conspectum
Exell. Tuæ venire:
Non quod aut argu-
mentò, aut concin-
nitate aliâve dote
Exell. Tuæ placere
se posse speret ; sed quod pietate auctoris
sui

A 2

fui, quam ille summisimâ hâc 'ejus dedica-
tione testatam nunc voluit, haud omninò
displiciturum se *Excell. Tuæ* confidat. Vete-
res *DEos tutelares* sibi constituere con-
sueverunt, quorum non 'obscura vesti-
gia hodiernum adhuc in papatu præpri-
mis, quemadmodum *Macedo* in peculia-
ri libro pluribus ostendit, reperiuntur: Quid
autem nostrates de hisce sentiant *Excell.*
Tuam minimè fugere potest. Mihi autem
nemo cordatus vitio vertet, quod *Excell.*
Tuæ hasce Studiorum meorum primitias of-
feram, hòc consiliò, ut inde tabula mea lu-
ce omni destituta splendorem mutuet. Quid
enim in hisce *Excell. Tuæ* præstet, jam ante
aliquot lustra *ex eruditis illis animad-*
versionibus Tobiaë Magiri Viri Celeber-
rimi Eponymologico Critico insertis
orbi

orbi literato innotuit. Cui igitur melius
quam *Excell. Tuæ* hanc meam tabulam su-
spendere potuissem? Non enim perfuncto-
riè, sed solidè hinc sacris tinctum circum-
geris pectus, quod ipsum non ego, sed omnes,
ubicunque locorum degant, literati æquis-
simis laudibus ingenuè mecum fateri cogun-
tur. *Excell. igitur Tuæ* omnium Vota supe-
ranti in hisce ut concolor fierem, quare non
sedulo allaborarem? Etenim agnosco *Exel-
lentiâ Tuâ præeunte* quantum utilitatis
ex historiæ literariæ accuratâ notitiâ in su-
periores facultates redundet. Quamobrem
mancam hanc tabulam exasciato iudicio,
quod in hac ætate, qui vix decimum septi-
mum complevi annum, mihi arrogare haut
possum, sese quidem minimè commen-
dantem, maximâque temporis penuriâ
protrusam hilari vultu Gratiis proprio aspi-
cias,

cias, & si non aliud, diligentiam tamen &
conatum meum æqui boniquè consulas;
acrescentibus annis meliora *Excell. Tuæ*
omnibusque bonis probisque DEO adju-
vante promitto, Vale & fave

Excellentiæ Tuæ

Humillimo & ad quævis officia
paratissimo

JOH. CHRISTOPH. WINCKLERO.



Σὺν τῷ θεῷ.



Sin magno pretio esse habendos & illos Scriptores, qui præstantissimorum quorumvis Virorum vitas memoriæ prodiderunt, Alexander Magnus ille mundi Monarcha nobis ob oculos posuit; hic enim in hæc erumpebat verba cum in Sigeo ad Achillis tumulum adsisteret, O fortunate Adolescens qui tuæ Virtutis Homerum præconem invenisti. Et verè, nam nisi filias ejusdem exsisteret, idem ille tumulus, qui corpus ejus contexit, nomen etiam jam dudum obruisset, Etenim

Vixere fortes ante Agamemnona

Multi: Sed omnes illacrymabiles

Urgentur, ignotique longâ

Noctè: Carent quia Vate sacro.

Ut Venusinus Poëta Od. IX. Lib. IV. canit. Inusitata quæque facta æternis tenebris sunt obnoxia, nisi literis ab iisdem revocantur. Uberrimos fructus quotidie persentiscunt mortales, si præclara quæque literis propagantur, quæ tamen quoties hisce mediis

mediis carent mox oblivioni traduntur, & ita usus inde sperandus ac fruendus intercudit. Quanta, perpendite Quæso! jactura, & hæc in genus humanum redundat. Etenim

*Inspicere tanquam in speculum in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.*

Sunt Verba Demæ apud Terent. in Adelph. Act. III. Sc. III. v. 61. Majorum exemplis posteritas plurimum debet, & tritâ viâ incedere quis quæso periculis expositum putet? Sed unde exempla? Si optima virtutum simulacra hisce terris erepta paucorum, mox vitam cum morte commutantium mentibus inhærent. Fragile quid est homo? Nec ea, quæ præclare gesit, meliora fata sibi promittere possunt, nisi durabilioribus mediis conservantur. Quò majus damnum hîc metuendum, eò major cura ut avertatur adhibenda est. Enimverò quis non perspicit, utilitatem illam, quæ ex vitarum scriptoribus capi potest, maximæ amplitudinis præstantissimæque dignitatis esse? nemo profectò, cui hæc sacra curæ cordique sunt, de hoc ambiget. Res cum in propatulo sit, verbis testimonisque equidem parcere possem, nisi unum alterumque illustrandi ergò exemplum adducere benevolo Lectori haud ingratum fore augurarer. Morhofius decus illud Cimbriæ elegantèr & verè hîc sentit, quando Polyhistor. part. I. Libr. I. cap. IX. p. m. 216. ita ait: Prout incidimus in vitam vel Philosophi, vel Jcti, vel Medici, vel Politici, ita multa discimus, quæ ad Scientias illas spectant è τὴν ἰστορίᾳ illo περιστατικῶν singularia de quibus nunquam cogitarunt, qui præcepta tantum proponunt. Ex illis arcana quædam colligi possunt, quæ non scientiam tantum, sed & prudentiam hominis literati augent. Ut enim in vitâ civili; ita quoquè in vita hominis literati prudentiâ quâdam opus est

est in omni negotio. Conversationis sane eruditæ ratio è vitis viro-
rum doctorum formari quam maximè potest : Quam ab cau-
sam vitas Virorum doctorum & illustrium, qui vel ad literas vel
Rempublicam adhibentur, non superficialiâ aliquâ & jejunâ
operâ, sed quam brevissimè describi velim, ut vel ipsa *μικρολογία*
in his mihi placeat. Henricus Meibomius, illustre quondam Aca-
demix Julix nomen, in Præfat. additamentorum ad Valentini
Henrici Vogleri introductionem universalem in notitiam Scripto-
rum de præsentis argumenti utilitate & necessitate ita differit: In
omni omnino disciplina, artibus & scientiis testimoniò humanò
sæpissimè niti cogimur, cujus tamen auctoritas esse non potest,
nisi illius, qui testimonium dat, cognita nobis sit aptitudo. Ipse
igitur testis, ut in judicio considerandus est, an in eo aliquid
desideretur, an omni exceptione major sit, & quid in eo deside-
retur. Certè non minus in disciplinis veritatem, quam in judi-
ciis quærimus, ideoque nec hîc sine accuratiori scrutinio admitten-
dus testis est, & quam tum fieri potest, examinandus: non levi ali-
as errore, & quidem in pluribus disciplinis vulgari, ut nubes tes-
tium adducatur, quorum singuli examinati nihil vel propter
ævum, quò vixerunt, vel aliarum conditionum defectu, probare
idonei sunt. Id quod circa historicos à plerisque notari solet, cir-
ca omnem vero rem, quæ à testimonio humano pendet, in qua-
cunque disciplina non minus accuratè observari debet. Scilicet
in universum duo de Auctore aliquo prænosci debent, ut primò
ea, quæ tradit, scire potuerit & sciverit, deinde, ut ea voluerit rectè
tradere, uti scivit. Multa igitur hic requiruntur, ut scilicet, quo-
modo Auctor ad illam cognitionem acquirendam sese habuerit,
an *αὐτόπτης* fuerit? an ex aliis acceperit? quibus mediis usus?
quâ diligentia? an deceptioni facile obnoxius? sciamus: Deinde,

B

qui-

quibus moribus præditus, an ingenuus, candidus, probus, & veritatis studiosus? an verò venalem mentem calamumque habeat? an affectibus obnoxius fuerit? an scribere ipsi omnia liberè licuerit? an censuræ subiectus? & quæ hujus generis longe plurima sunt, non rectius quam exemplis bonorum & malorum omnis ævi Scriptorum declaranda, Si id nunc agerem, mihi vero sufficit ex his liquere, quod ad auctorem approbandum vel reprobandum vitæ ejus accuratior cognitio necessaria sit & proinde hæc, de quâ agimus, notitia usum insignem habeat. Hisce ita præmissis ad rem ipsam me accingo, ubi in ipso limine tristitia me corripit, quod multa egregia hûc spectantia monumenta temporis injuriâ perierint. Callimachus Grinæus tabulam (*πιννα*) sive descriptionem eorum, qui in quâvis disciplinâ clari fuere, edidit: quod opus CXX. libris constabat, quemadmodum præter Suidam Athenæus nobis tradidit. Neanthen Cyzicenum *περὶ ἐν δόξων ἀνδρῶν* scripsisse ex Laërtio & Hesychio Milesio cognoscimus. Theseidem i. e. Thesei gesta scripsit Diphilus, qui à Pindari Scholiaste citatur. Olympianicas scripserunt Timæus, Stesiclides Atheniensis & Agriopas, item Evaporidas Eleus, teste Pausaniâ. Atheniensium *ἀρχοντας* literis tradiderunt Demetrius Phalereus, Stesiclides & Philochones. Vitas illustrium virorum, Pythagoræ, Socratis, Archytæ, Platonis &c. Aristoxenus, Aristotelis auditor. Hermippum Smyrnæum *ἐν τοῖς βίοις* h. e. in vitis Virorum eruditione illustrium, citant Laërtius & Athenæus: unde præclara quæque nobis promittere potuissemus, sed quia interierunt, spes hæc decollavit. Ad eas, igitur quæ adhuc superstites operam qualemcunque nostram collaturi sumus, & quò omne fastidium, quod B. L. ex argumento hoc pessimè digestò oboriri possit, declinemus, ordinis rationem habebimus ita, ut materiam hanc in

V. Se-

V. Sectiones dividamus, quarum I. de *Cæsaribus, Regibus, Principibus ac Magnatibus* &c. II. De *Theologis*. III. *ſctis*. IV. *Medicis*. V. *Philosophis ac Literatis* ad hanc Classẽm pertinentibus agamus. DEUS ita mentem manumque dirigat, ut omnia in sui ipsius gloriam nostrumque emolumentum cedant.

SECTIO I.

De Cæsaribus, Regibus ac Principibus &c.

ſ. I.



Ic diligentiam nostram propemodum anticipavit & otium nobis fecit celeberrimus quondam Historiographus Saxonicus B. Sagittarius in introductione suã in Historiam Ecclesiasticam Cap. IX. X. XI. XII. item Cap. XXIII. ubi agit de Scriptoribus, qui singulis fere Seculis Imperatorum Romanorum ac porro Regum Germaniæ historiam consignarunt, ac eos, qui eandem ex numismatibus illustrarunt, indicat & Cap. XXIV. mentionem facit Scriptorum, qui in particulari Imperatorum Romanorum vel Regum Germaniæ historiã fuere occupati. Confer. Michaël Hertzius in Bibliothecæ Germanicæ part. III. ubi singulari industriã seorsim de Imperatoribus Germanis agit.

ſ. 2.

Historiæ Augustæ Scriptorum Latinorum minorum part. III. edidit Marcus Zuerius Boxhornius Lugd. Batav. 1631. in 12mo. Hunc secuti sunt Hackii fratres qui 1671. historiæ Augustæ Scriptores VI. scil. Ælium Spartianum : Vule : Gallicanum : Julium Capitolinum : Trebellium Pollionem : Ælium Lampridium ; Flavium

Vopiscum cum integris notis Jsaaci Causaboni, Claudii Salmafii & Jani Gruteri Lugd. Batav. typis exscripserunt & ediderunt in 8vo. Joannis Palatii Aquila Saxonica, sub qua Imperatores Saxones ab Henrico Aucupe usque ad Henricum Sanctum Occidentis Imperatorem XV. Elogiis, Hieroglyphicis, Numismatibus, Insignibus, Symbolis, Imaginibus antiquis ad vivum exhibentur, Venetiis 1673. in Fol. Confer. Ejusd. Aquila Austriaca, sub qua Imperatores Austriaci ab Alberto II. usque ad Ferdinandum III. & IV. continentur Venetiis 1679 in Fol. Item Ejusdem Aquila Sueva, sub qua Imperatores Sui à Conrado III. usque ad Conradum IV. comprehenduntur, Venetiis 1679. Fol. Et Ejusdem Aquila inter Lilia, sub quâ Francorum Cæsarum à Caralo M. usque ad Conradum exhibentur Vitæ, Venetiis 1671. in Fol. Hujus quoque generis & sunt Philippus Melanchton & Caspar Peucerus in Chronico Carionis, cum aliâ tum 1572. Witteb. in fol. edito Joannes Cluverus in Epitome historiarum mundi sæpius emissâ. Joh. Sleidanus de quatuor summis Imperiis, & in eum Christophori Pезelii Mellificium historicum à Joh. Lampadio locupletatum & ab hujus acerbis calumniis in Lutherum aliosque orthodoxos tertiæ parti inspersis per Johannem Cunradum Diethericum vindicatum Marpurg 1631. in 4to. Dionysius Petavius in Rationario temporum. Moguntia. 1646. correctius emissô. Johannes Jonstonus in Polyhistore 1660. & 1667. Jenæ in 8vo. edito. Christianus Matthiæ in Theatro Historico Amstelod. 1648. in 4to & Lipsiæ aliquoties edito. M. Zuerius Boxhornius in Historiâ universali, Leidæ, 1652. & Francof. in 4to edita; Joh. Lætus in compendio Historiæ universal. à Joachimo Fello ad finem anni 1678. continuato Francof. & Lips. 1679. edito. Philippi Brietii, Jesuitæ, Annales mundi sive Chronicon Universale ab O. C. ad annum Christi

sti 1660. prodiit Parisiis 1662. VII. Vol. in 12mo. Qui plures huc facientes cognoscere desiderat, reperiet eos apud Sagittarium.

§. 3.

Sequuntur illi, qui seorsim Principum Magnatumque variarum nationum vitas consignarunt. Marcus Antoninus Imperator ipse egit de vita sua, quam cum Commentario edidit Thomas Gattakerus Cantabr. 1652. 4to. Constantini Magni vita ex recensione Vallesii prodiit Mogunt. 1672. Fol. Vitam Caroli M. descripsit ejus Secretarius Eginhardus, prodiitque Lipsiæ in 4to. Joh. Joachimus Franzius ex præcipuis eorum temporum Scriptoribus concinnavit historiam Caroli M. cui accessit Eginhardi Carolus & præfatio Boecleri Argentorati 1644 in 4to. Vitam Caroli V. adidit Guilielmus Zenocarus à Schauvvenburg Gandavi 1560. in Fol. Vita Friderici II. Imperatoris à S. Schardio præmissa est epistolis Petri de Vineis. Basil. 1566. 8vo edit. Vita Ferdinandi I. Imperatoris prodiit Italicè Venetiis 1565. & 1567. in 4to. Leeven en Bedryff van Gustavus Adolphus tot Leyden, 1699. in 8vo. Caroli Gustavi, Regis sueciæ, vitam descripsit peculiari opere Samuel Puffendorffius, quam germanicè vertit Samuel Rodegast, Norimbergæ 1697. Fol. Elisabethæ Angliæ Reginæ Vita exhibetur in apparatu rebus gestis Elisabethæ præmissò, Amstelod. 1677. 8vo. Henrici IV. vitæ peractæ historia reperitur in VI. rerum Germanicarum Scriptoribus. Francof. 1607. in Fol. editis, quibus etiam Henrici VII. vita inserta reperitur. Het Leeven en Bedrief van Wilhelm de III. Koningk van groot Brittanje 2. Vol Amstelod. 1694. in 4to. Histoire de Louis le grand per Varillas, à Haye 1688. 8vo. T' Leeven en Bedrief van Koningk Emanuel van Portugall door Oforius, Rotterdam. 1663. in 12mo. Meursius edidit vitam Guilielmi Austriaci, Lugd. Batav. 1621. in 4to. De rebus gestis Friderici



Wilhelmi, Magni Electoris Brandenburgici, Berolini 1695. in Fol.
 egit Samuel Puffendorffius. La Vie d' Olivier Cromvvel par Leti
 à Amsterdam 1694. 2. Vol 8vo. Histoire du Grand Tamerlan par
 Sanctyon, Amstel. 1678. 12mo. Pauli Oderbornii Vita Joh. Basili-
 dis, Magni Moscoviæ Ducis, 1585. in 8vo. prodiit. Scanderbegi
 vitam edidit Georgius Bartoldus Pontanus Hanoviæ 1609. in 8vo.
 Item Marinus Barletius Romæ in Fol. & Italice Venetiis 1584. in 4to.
 & 1646. in 8vo. prodiit. Vitas Friderici III, Johannis & Johannis
 Friderici, Electorum, edidit 1602. in 4to. Joh. Rosinus, De Witte-
 kindo M. egit Schurtzfleischius Operum suorum Historico-Politi-
 corum, Berolini editorum, Dissertat. XLIV. pag. 553. Joh. Pici Mi-
 randulæ vitam Johannes Franciscus principis Galeotti Pici filius
 edidit ac Mirandulæ operibus Venetiis 1557. in Fol. editis præmi-
 fit. Het Leeven en Bedrief van den Admiraël Ruyter beschre-
 ven door Ger. Brandt. Amsteld. 1687, in Fol. Leeven en Bedrief
 van Cornelis Tromp. Amsterd. 1692. in 4to. Alberti III, Ducis
 Saxonix, vitam exposuit Schurtzfleischius Operum cit. Dissert.
 XLVI. p. m. 584. Georgius Carneselt & Carolus Sigonius memo-
 riam Nic. Albergatti reliquerunt. Colon. 1618. 4to. Bilibaldi Birck-
 heimeri, Consilarii quondam Cæsarum Maximiliani & Caroli V.
 vitam edidit Conradus Rittershusius, cujus Operibus politicis
 historicis philologicis Francofurti 1610. in Fol. editis præfixa repe-
 ritur. Busbequii vita ejus opusculis 1660. in 12mo. Amsteld. editis
 præfixa est. Leeven van Jan van Oldenbarnevelt. 1648. in 4to, &
 8vo. prodiit,

SECTIO II.

De Theologis.

§. I.

Progređimur ad Theologos, erundemque variarum licet
 Religionum vitas hic recensemus. Temporis rationem ha-
 bentes incipimus, quorum notitia multi tam ex veteri-
 bus

bus quam recentioribus suggerunt. Occupati fuerunt in hoc argu-
mento Eusebius in plurimis historiæ Ecclesiasticæ locis. Hiero-
nymus in de Scriptoribus Ecclesiasticis libro. Gennadius Masili-
ensis in Catalogo illustrium Virorum. Isidorus Hispalensis de Vi-
ris illustribus. Hildephonsus Toletanus de Viris illustribus. Sige-
bertus Gemblacensis in de Viris illustribus libro. Honorius Au-
gustodurensis de luminaribus Ecclesiæ, quos collegit Aubertus
Miræus in Bibliotheca Ecclesiastica p. II, 1639, & 1649. in fol. Ant-
verp. ed. Photius, Patriarcha Constantinopolitanus, in *μυριοβί-
βλω*. Joh. Trithemius de Viris illustribus. Guilielmus Cave in II.
Tomis, anglice in fol. & Germanicè in 4to editis, primitivæ Eccle-
siæ Patrum vitas proponit. Confer. ejusdem Scriptorum Eccle-
siasticorum historia literaria, cum appendice Henrici Wartonii
Londini & Genevæ in fol. edita. Ludovicus Elias du Pin in Scri-
ptorum Ecclesiasticorum novâ Bibliothecâ, quæ ab anno cō Iocxc
usque ad annum cō IocclII. tomis XII. gallicè Parisiis in 4to,
prodiit. Joh. Schopfius Abbas Blavifontanus in Academia Jesu
Christi Tubingæ 1593. in 4to & Spiræ 1616. in 8vo emissâ. Rober-
tus Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis cum continuatione
Andræ du Sausfay Episcopi & Comitæ Tullensis, Colonia 1684.
in 4to. Philippi Labbei Jesuitæ Dissert. Philol. & Histor. de Scri-
ptoribus Ecclesiasticis, quos attigit Rob. Bellarminus II. Tom.
Paris. 1660. in 8vo. prodierunt. Casimirus Oudinus in supplemen-
to de Scriptoribus vel Scriptis-Ecclesiasticis à Bellarmino omis-
sis, Paris. 1686. in 8vo. Augustus Varenus in Rationariô Theologicô
de primi & secundi Seculi Scriptoribus Ecclesiasticis Rost. 1669.
& 1673. in 4to. emissô. Casp. E. Brochmannus in de primi Secu-
li Scriptoribus Ecclesiasticis Dissert. Haf. 1636. in 4to. Johannes
Christoph. Hahnus in insignioribus Cœli Sionæi sideribus Lip-
siæ

fiæ 1668. in 12mo. Joh. Christophorus Meelführerus in Corona C. Patrum, Gießæ 1670. in 4to. Wilh. Ernestus Tentzelius in Exercit. Select. Lipsiæ 1692. in 4to. edit. P. I. Clementis Romani, Ignatii, Polycarpi, Justini Martyris, Athenagoræ, Theophili Antiocheni, Tatiani, Sozomeni, Jacobi Nisibensis & Ephremi scripta expendit plerorumque vitâ præmissâ. Primi & secundi Seculi Ecclesiæ Orientalis illustres Scriptores edidit Petrus Halloix, Duaci 1633. & 1636. in fol. Vitas Patrum edidit Heribertus Rosweyde Antwerpæ 1615. fol.

§. 2

Hûc plurimi alii operam suam contulerunt, unde multorum Patrum Vitæ vel seorsim vel operibus ipsis adjunctæ reperiuntur: Ita & extat Palladii Episcopi Helenopolitani Dialogus de vita *S. Johannis Chrysoستي*. Paris. 1680. in 4to. Ejusdem vita cum Specimine doctrinæ ex scriptis ejus typis orphanotrophii Glaucha-Hallensis 1702. in 8vo prodiit. Ejusdem vitam edidit Tilmannus Cartusianus Paris. fol. Item Bigotius ibid. 1680. in 4to. La Vie de *S. Jean Chrysoست*. Paris. 1665. in 8vo. *S. Augustini* vitam ex Scriptis ejus potissimum concinnatam exhibet operum ejusdem studio Monachorum Ordinis *S. Benedicti* è congregatione *S. Mauri*, Antwerp. 1702. in fol. edit. Tom. XI. isq̄ penultimus. Ejusd. vitam edidit Rivius Antw. in 4to. La Vie de *S. Augustin* per Theodor. de Beze. Genevæ in 8vo. De eadem Vita egerunt Posidius, Cornelius Lancillotus libris III. & anonymus, qui omnes præmissi sunt editioni Operum Augustini Coloniensi 1616. in fol. *Athanasii* Vitam edidit auctor incertus, Photius, Simeon Metaphrastes & Aloysius Lipomanus, reperitur Tom. II. operum Athanasii Rom. 1686. in fol. edit. Ej. Operum editioni Paris. 1698. in fol. novissima ejusdem vitæ descriptio nunc primum

mum adornata præfixa est. *La Vie de S. Athanase* Paris. 1671. in 4to. prodiit. *S. Ambrosii* vita à Paulino ejus Notario ad B. Augustinum conscripta adjuncta est ejusdem Operum, Paris 1690. in fol. edit. T. II. Vita D. *Irenæi*, Episcopi & Martyris ex illius & aliorum Patrum Scriptis collecta per Eranciscum Fevardentium ejus Operibus præfixa est, Paris 1675. in fol. Vita S. *Maximi* Operibus ejus studiò Francisci Combesis Paris. 1675. editis, præfixa est. *Ephræmi Siri* vita per Gregorium Nyffenum conscripta Operibus Theophanis Paris. 1644. in fol. edit. inserta est. De vita *Gregorii Thaumaturgi*, quæ reperitur in ejus Operibus 1630 in fol. Paris. editis, egit idem Nyffenus. De *Tertulliani* Vita & Scriptis egit anonymus, quem Petrum Alexium volunt, Paris. 1679. in 8vo Vitam *Gregorii Nazianzeni* reperimus in limine operum suorum T. I & II. edit. Paris. 1630. fol. S. *Gregorii*, Episcopi Turonensis, vita ejus Operibus Paris. 1699. fol. præmissa est. Vita S. *Anselmi* per Wadingum Romæ in 4to. prodiit. *Bernardi* vita edita est Auctore Gaufrido Grosso Paris. 1649. in 4to. & Horstio ibid. 1666. in 4to. *Damasceni* vita Operibus ejus, Basil. 1535. in fol. editis adjuncta est. Venerabilis *Beda* vita ex Annalibus Cardinalis Cæsaris Baronii & aliis desumpta præfixa est Bedæ Operibus editionis Coloniensis 1688. in fol. *Hrabani Mauri* Abbatis vita à Rodolpho & Trithemio præmissa est ejus operibus editionis Coloniensis 1627. in fol. *Epiphani* Vita in Operum suorum T. II. editionis Coloniensis 1682. fol. reperitur. *Eutychii* Vita præfixa est Annalium ejusdem editioni ab Eduardo Pocockio procuratæ Oxon. 1656. 4to *La Vie de Casiodor*. Paris 1695. in 12mo. *Gregorii* Papæ Vita per Johannem Diaconum, Gregorium Turonensem, Bedamque conscripta & ejus Operibus, Paris. 1640. in fol. editis præmissa est. Venerabilis *Guibertus* Abbas ipsemet vitam suam delineavit, suisque Operibus 1651. Parisiis in fol. editis adjunxit.

§. 3.

Vitas Theologorum Germanorum superioris Seculi
 Heidelbergæ 1620. in 8vo. nec non Theologorum exterorum

C

Fran-

Francof. 1618. in 8vo edidit Melchior Adami: Ita & Johannis
 Bismarci vitæ & res gestæ nonnullorum recentiorum Theolo-
 gorum Halæ Sax. 1614. in 4to. prostant. Theophilus Spitzelius,
 quondam apud Augustanos Vir eruditissimus, edidit templum
 honoris referatum, in quô L. illustrium orthodoxorum ac beatè
 defunctorum Theologorum Philologorumque imagines exhi-
 bentur, & quibus sive in sacram, sive rem literariam meritis,
 quibus item monumentis libris editis vel manuscriptis inclaru-
 erint, disertè ostenditur August. Vindel. 1673. in 4to. Henningus
 Wittenius (1) in VI. Decadibus memorias Theologorum no-
 stri Seculi renovavit. Francof. 1674. in 8vo. Item (2) in centuriâ,
 ibid. 1685. in 8vo edita. Henricus Oraus in Nomenclatore præ-
 cipuorum Ecclesiæ Doctorum, Scriptorum, Professorum &c.
 recentiorum, Hanoviæ 1619. in 12mo. Paulus Freherus passim in
 Theatrô virorum eruditione clarorum Norimb. 1688. in fol. Joh.
 Micrælius in Catalogô alphabeticô præcipuorum Theologo-
 rum, qui post reformationem Lutheri vixerunt, Syntagmati
 Historiæ Ecclesiasticæ. pag. 732. seq. insertô. D. Joh. Henr. Ma-
 jus in præfat. Matth. Poli Synopsi Criticorum, aliorumque Sacræ
 Scripturæ Interpretum, edit. Francof. 1694. in 4to. Cap. III. Sect.
 II. De particularibus quibusdam auctoribus Catholicis, qui notas
 aut commentarios in S. Scripturam ediderunt, judicium expromit.
 Sect. III. De Calvinianis, qui commentarios sive notas in
 S. Scripturam ediderunt; & Sect. V. de Lutheranis Sac. Script.
 Commentatoribus Crisfin exercet, quod ipsum huic attexere o-
 peræ pretium esse duximus.

§. 4.

Vitam Lutheri solidè illustravit Eques Francus, Consiliarius
 intimus Saxonicus & Brandenburgicus Vitus Ludovicus à Se-
 ckendorff commentariô historicô & apologeticô de Luthera-
 nismô Francofurti & Lipsiæ 1692. in fol. Hoc opus ut edere-
 tur, ansam præbebat Ludovici Maimburgii Ex-Jesuitæ quon-
 dam historia Lutheranismi 1680. Gallicè Parisiis edita, quam ma-
 gni in Gallia fieri & hospitibus ex Germania Lutheranismo addi-
 ctis

Etis objici solere, ipsi ab Adolescente & nobilitatis & virtutis no-
 mine claro ex peregrinatione Gallicâ domum redeunti refere-
 batur: quod ipsum salivam Seckendorffio movebat, ut & tacite
 hujus refutationem, quam singularibus meritis ipse jam præsti-
 tit, exoptaret. Hûc & pertinet gravissimi olim Pl. Rev. Ham-
 burg. Ministerii Senioris, Dom. D. Joh. Mülleri, *Lutherus* defensus
 & defensio defensi Lutheri. Præter Nicolai Selnecceri de vitâ *Lut-*
theri librum, quem iterum typis excubendum curavit Witteber-
 gæ. 1687. in 4to, Dom. D. Joh. Frid. Mayer, & M. Joh. Mathesii vitam
Lutheri Norimb. 1608. in 4to & Christianus Jungkerus vitam *Lut-*
theri cum elegantissimis numismatibus edidit in 8vo. Joh. Fride-
 ricus Scharfius de *Martino Lutbero* Wittebergæ 1686. in peculia-
 ri egit dissertatione. Ita & Joh. Gottlieb Möller memoriam *Luthe-*
ri peculiari disputat, recoluit Gryphiswaldiæ 1693. qui idem
 quoque Rostochii 1693. de *Lutherô* Lutherano ante Luthera-
 nismum, item de *Luthero*, ut Martyre Confessori contra distin-
 cto, ac de *Luthero* Confessore Martyri contra distincto egit in di-
 versis schediasmat. Quibus accedit Philippi Melanchtonis orati-
 on über die Leiche D. Martini Luthers verdeutschet durch D. Caspar
 Creutziger und Lutheri letzte Predigt / geschehen zu Wittenberg /
 am andern Sonntag nach Epiphantias Domini. De Catharina,
Lutheri conjugæ, peculiari Dissertatione egit | Dn. D. Joh. Frid.
 Mayer, Hamburgi 1698. in 4to.

§. 5.

Joachimus Camerarius descripsit *Philippi Melanchtonis* vi-
 tam, Hagæ-Comitum 1654. in 12. editam, de quâ Daniel Georg.
 Morhofius Polyhist. Literar. lib I. c. XIX. p. m. 218. ita ait: *Laudandus*
est Joachimus Camerarius, Heros eruditus inter Germanos, quod in vitâ Me-
lanchtonis ne quidem somnia ejus notabilia ac minima quedam præ sagia, osten-
ta, omnia omiserit. Etsi enim levia hæc habiturus non nemo sit, tamen non sunt
dis simulanda illa providentiæ divinæ specimina, quæ Viris bonis & doctis in vitâ
sepè occurrunt, ad quæ respicere omninò debet, qui vitæ historiam scribit, ac opta-
rimego, exemplorum talium messem extare quam uberrimam. Leeven en
 Doot van *Phil. Melancht.* met het verhael van de Reformatie in Deuts-

land door Corpus Amst. 1662. in 8vo. De *Spalatinò* in peculiari Dissertatione egit Caspar. Sagittarius, in almâ Salanâ quondam Historiarum Professor dignissimus ac celeberrimus. Joh. *Affelmanni* vita ejus Syntagmati Exercitationum Academic. Lips. 1674. in 4to præfixa est. Orationem memoriæ D. *Johannes Mülleri*, Minist. Hamburgens. quondam Senioris gravissimi, dixit Benedictus Carpzovius, Witteberg. 1673 in 4to. Joh. *Himmeli* Threnologia extat de vitâ, rebus gestis & obitu quadrigæ Theologicæ: Joh. *Vinckelmanni*, *Balth. Mentzeri*, *Frid. Balduini*: & *Balthas. Meisneri* Jenæ 1628. 4to *Ægidii Strauchii* vita ejus dem postillæ: **Starck und Milch-Speise** præfixa est. Christophori Schraderi Oratio memoriæ D. *Georgii Calixti* habita Helmst. 1658. in 4to. Joh. Nicolai Hartschmidii Oratio funebris in obitum *Sebastiani Schmidii* extat Argentorati 1697. in 4to.

§. 6.

Pergimus & Theologos Calvini hypothesibus addictos in Scenam nostram producimus. Huc pertinet anonymus quidam, qui Londini 1670. in 8vo. Virorum Clarorum, qui in Anglia florere, edidit memorias, utpote *Joh Raynoldi*, *Richardi Hockeri*, *Villiamii Whitakeri*, *Andr. Willetti*, *Dan. Featley*, *Waltheri Norbani*, *Joh. Gregorii Duppe*, *Bramhalli*, *Tayloris*. Thomæ *Gatakeri* vita præmissa est ejus adversariis, Londini in fol. & Operibus Traject. ad Rhenum 1698. editis, inserta est. *Johannis Calvinii*, magni quondam Senevensium Ministri, vitam, mores, res gestas, studia ac deniqve mortem descripsit Hieronymus Bolsecus, Medicus Lugdunensis Gallicæ; Postea autem latine reddita prodiit Coloniae 1580. in 8vo. ejusd. vitam Theodorus Beza accuratè descripsit, quæ Calvinii operibus Amstelodam. 1671. in fol. conjunctim editis præfixa est. De Joh. *Cocceji* vitâ, doctrina, & moribus egit filius Joh. Henricus Coccejus in præfat. operibus ejus in fol. Roterodam. editis præmissâ. Confer. Valentinus Alberti in *διωλξυνάωπα*, ubi & de Coccejanismo agit Lips. 1678. in 4to. Fridericus Spanheimius in epistolâ denovissimis circa res sacras in Belgiô disidiis. Lugd. Batav. 1677. in

in 8vo. Matthias Nethenus in tractatûs de dubitatione, sub titulo de Cartesianis adducti Cap. VII. præcipuos Cartesii Fautores & Adversarios recenset. Wilhelmi *Momma*, genuini Cocceji Discipuli, vitam scripsit Wilhelmus Anslaer & præfixit ejus meditationibus posthumis in Epistolas ad Romanos & Galatas, Hagæ Comitris 1678. in 8vo. editis. Joh. *Drusii* vitæ delineationem operumq; editorum & nondum editorum titulos edidit Abelus Curiander, Franecqueræ 1616. in 4to. reperitur adjecta Commentario duplici ad voces Ebr. N. T. Item ejus annotat. in N. T. parti alteræ. Joh. Ludovici *Fabricii*, quondam Theologi Heidelbergensis, vitæ & obitus historiam edidit Joh. Henr. Heideggerus ejusdemque operibus, Tiguri 1698. in 4to conjunctim editis, præmissit. Hic Heideggerus & Joh. Henrici *Hottingeri* historiam vitæ & obitus descripsit Tiguri 1667. in 8vo. seorsim prodiit, adjuncta quoque est Hottingeri Histor. Ecclesiast N. T. Tom. IX. Tiguri 1667. huc referendus quoque est Heidegeri *Hospinianus redivivus*, qui reperitur inter prosopographias Dissert. Select. Tom. IV. adjunctus: Ipsius *Heideggeri* vita ejusdem exercitationibus Biblicis præmissa est. Johannes *Lightfooti* vita operibus ejusdem conjunctim in fol. Rotterd. 1686. editis præmissa est. Jacobi *Altingii* vita vel à filio, vel à Beckero, qui operum editionum procuravit, scripta & operibus Amstelodam. 1687. V. Volum. fol. edit. præfixa est. Ludovicus *Cappellus*, Linguae Ebraicæ nec non Theologiæ in Academia Salmuriensi quondam Professor, scripsit commentarium ad filios suos Johannem Ludovicum & Jacobum de *Cappellorum gente*, à quâ originem duxerunt, præmissus commentario & notis Crit. in N. T. Franciscus *Junius* ipse vitam suam descripsit, quam Paulus G. F. P. N. Merula Jctus edidit ac operibus Junii, Genevæ 1613. in fol. editis, præposuit. Vitam Sam. *Bocharti* descripsit & simul scripta ejus recensuit Stephanus Morinus ac Phaleg & Canaan edit. Lugd. Batav. 1692. præmissit. Vitam & obitum Theodori *Beza* scripsit Antonius Fayus, Genevæ 1606. 4to. Joh. *Hornbekii* vita reperitur in ipso limine II. librorum de conversione Indorum & gentilium, Amstelod. 1669. in 4to. Historia de Obitu *Buceri* in ejus operibus reperitur. Davi-

dis *Parei* vitæ curriculum & obitum descripsit *Philippus Pareus* ac Operibus *Francos.* in fol. edit. præmisit. *Joh. Cloppenburgii* vitam descripsit *Joh. à Marck.* ejusque Operibus. *Amstelod.* 1684. in 4to. edit. præmisit. Vitam *Joh. Crocii* *Henricus Duiſing* scripsit, ejusque *Commentar.* in *Epist. Pauli, Cassellis & Francos:* 1680. in fol. edit. præfixit. *Henrici Hammondi* vita ejus operibus IV. *Tomis Lond.* 1674. editis præposita est. *D. Wolffgangi Musculi* vitæ & obitus historia per *Abrahamum Musculum* descripta reperitur in *Ej. Synopsi festalium Concionum Basil.* 1595. in 8vo. De *Francisci Turretini* vita & obitu *Oratio* præfixa est ejusdem institutioni *Theologiæ Elencticæ Genev.* 1688. in 4to. III. Volum. editæ. *Antonii VValæi* vita habetur inter *selektorum aliquot Virorum vitas, Londini* 1681. in 4to. conjunctim editas. In hujus *VValæi* obitum *Joh. Polyander* habuit *Orationem funebrem, quæ præfixa est Walæi Operibus Lugd. Batav.* 1643. in fol. edit. In obitum *Abrahami Heidani* *Orationem funebrem* habuit *Christoph. Wittichius Lugd. Batav.* 1679. in 4to. ita & in obitum *Giesberti Voetii* extat *Essenii Oratio funebris. Jac. Triglandius* in obitum *Friderici Spanhemii* habuit *orationem funebrem, quæ ejus Operum Tom. III. Lugd. Batav.* 1703. in fol. præmissa est: Huc etiam referimus *Jacobi Arminii* vitam per *Petr. Bartium* ejus operibus in 4to. præmissam; Item *Simonis Episcopi* vitam, quam edidit *Philippus à Limborgh,* postquam è *Belgicô* in *Latinum sermonem* vertit & aliquot in locis auxit. *Amstelod.* 1701. 8vo. In obitum *D. Stephani Curcellæi* *Arnoldus Poelenburgius* habuit *orationem funebrem, quæ ejusd. Operibus Amstelodami* 1675. edit. præmissa est. De vita & obitu *Conradi Vorstii* *Orationem* habuit *Marcus Gualterus, Fridericopoli* 1624. in 4to.

§. 7.

Papas Romanos tandem tangit ordo, de quibus plurimi bene mereri voluerunt. *Anastasius Romanus Bibliothecarius* in *historiâ de Vitis Romanorum Pontificum* ex *Bibliothecâ Marci Velseri* per *Johann. Busæum* edita *Moguntix* 1602. in 4to. & *studiô Fabroti* cum ejusdem *Anastasio* *historiâ Ecclesiasticâ Paris.* 1649.

1649. in fol. Conferendum autem hîc omnino est Joh. Ciampini libri Pontificalis, seu vitarum Romanorum Pontificum, quæ sub nomine *Anastasio* Bibliothecarii, circumferuntur, examen Romæ 1688. in 4to. editum: Ita & opusculum de vitis Romanorum Pontificum *Luitprandus*, & *Abbo Floriacensis* de vitis Romanorum Pontificum epitomen ex *Anastasio* historiâ excerptit, & una cum *Anastasio* Moguntiaë 1602. edidit. Confer de Luitprando *Vossius* de historia Latina I. II. c. XL. & *Labbeus* de Script. Eccles. T. II. p. 35. B. *Platina* historia de vitis pontificum Romanorum cum supplemento *Omuphrii Panvini* & *Antonii Cicarella* usque ad Urbanum VIII. Col. Agr. 1626. in 4to. *Andreas Vellejus* in vitis Pontificum Romanorum, Hafniaë 1571. in 8vo. *Robertus Barns* & *Joh. Baileus* de Pontificum Romanorum vitis cum continuatione ad Paulum V. per *Joh. Martinum Lydium* Leydæ 1615. in 8vo. *Jacobus Revius* in historia Pontificum Romanorum Amsteld. 1632. in 8vo. *Joh. à Glano* in vitis Romanorum Pontificum à Petro ad Clementem VIII. cum imaginibus Leod. 1597. in 8vo. *Stephanus Szegedinus* edidit speculum Pontificum Romanorum 1592. in 8vo. quô decreta, vita, prodigia, interitus, elogia accuratè traduntur cum jucundis de traditionibus pontificiis quæstionibus. *Joh. Stella* in vitis ac gestis summorum Pontificum Basil. 1650. in 12mo. *Joh. Palatinus* in gestis Pontificum Romanorum usque ad Alexandrum VIII. Venet. Vol. V. 1687. seq. in fol. *Petrus Frizonius* in Gallia purpuratâ seu de Pontificibus & Cardinalibus è Gallia oriundis. Paris. 1638. in 4to. *Claudius du Molinet* historiam summorum Pontificum à Martino V. ad Innocentium XI. per eorum numismata illustravit. Lutet. 1679. in fol. *Alphonsus Ciaconius* in vitis & rebus gestis Pontificum Romanorum & Cardinalium usque ad Clementem IX. cum notis *Augustini Oldoini*, Romæ 1677. Tom. IV. in fol. Confer. *Crenius* in notis ad *Bossum* de compar. prudentiâ civili p. m. 379. *Ludovicus Jacobus à S. Carolo* in Bibliothecâ Pontificiâ, cujus liber. I. tractat de Pontificibus Romanis à Petro ad Urbanum VIII. nec non Pseudopontificibus, qui scriptis claruerunt. II. de omnibus autoribus, qui vitas & laudes eorum descri-

scripserunt, necnon iis, qui adversus Romanos Pontifices aliquid ediderunt, Lugd. 1643. in 4to *Panvinii* XXVII. pontificum Romanorum elogia & imagines Romæ 1568. accedunt imagines aliorum Pontificum: Effigies *Alexandri* Papæ VII. & Cardinalium usque ad annum 1674. Romæ: Effigies summorum Pontificum & Cardinalium defunctorum ab anno 1658. Romæ *Innocentii*, Papæ XI. & Cardinalium nunc viventium effigies, Romæ 1681. in fol. Cardinalium ab Innocentiô XI. creatorum effigies. Romæ. 1686. &c. in fol. De Scriptoribus historiæ Pontificum Romanorum universalis & particularis pluribus egit *C. Sagittarius* in supra jam laudatâ introductione in *Historiam Ecclesiasticam*, cap. XXV. & XXVI.

§. 8.

Huc quoque illi referri debent, qui de certis Papatus ordinibus aliquid literarum monumentis reliquerunt, ita de *Benedictinis* egerunt *Antonius de Tapes* in *Chronico generali ordinis S. Benedicti* per Thomam Weisium latinè translato, Colon. Agrip. 1685. in fol. *Gabriel Bucelinus* in *Annalibus Benedictinis*, Augustæ Vindel. 1656. in fol. *Luc. d' Achery* & *Jean Mabillon* ediderunt *Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti* in seculorum classes distributa, quorum Seculum I. (incipiens seculo VI. postnativitatem Christi) an. 1668. Seculum II. an. 1669. Secul. III. an. 1672. Secul. IV. an. 1677. & 1680. Secul. V. an. 1685. Parisiis in fol. De *Capucinis* videatur *Zacharias Boverius* in *Annalibus fratrum minorum Capucinorum* Lugd. 1632. in fol. De *Carmelitis* sequitur tractatio. Hic & *Elias Thesbitis*, quem auctorem hujus ordinis jactant, mentionem facere debemus, ubi præter alios maximè observari meretur eruditissimus Pater *Aegidius Camartus* Retheliensis ordinis minorum olim Generalis in commentariô posthumô, cui titulus: *Elias Thesbites*, sive de rebus *Eliæ* prophetæ, ubi de ipsius *Eliæ* origine, personâ, nomine, patriâ, officiis, &c. agitur, Paris. 1631. in 4to. Conferatur *Daniel à Virgine S. Mariæ* in *Speculô Carmelitarum* sive historiâ *Eliani* ordinis patrum *Virginis Mariæ* de monte Carmelo in fol. Tom. IV. an. 1680. Item *Arnoldus Bostius* Gandavensis libro *de illustribus vi-*

ris

ris ordinis sui. Præterea Petrus Lucius Bruxellensis in Bibliothecâ Carmelitana. De iisdem porrò cõmentatus est Johannes de Carthagenâ. Quibus accedit Ludovici Jacobi Bibliotheca Carmelitana seu descriptio trium ordinum Carmelitarum ab anno 1141. usque ad nostra tempora.

De Augustinianis inspiciatur Nicolaus Crusenius in Monasticò Augustino Monach. 1623. in fol. De Canonicis Regularibus S. Augustini illustribus egit Johannes de Nigra Valle, item Philippus Novariensis, nec non antea Petrus Impens in Chronico Valerio Andreae memoratò, sed tum nondum editò. De Scriptoribus autem ordinis Eremitarum S. Augustini egit Thomas Gratianus, Solim ejus ordinis per Belgium peæfectus provincialis, in Anastasi Augustinianâ sive librò de Scriptoribus ord. eremit. S. Augustini, & ad hujus fortè exemplum Joh. Rivius, Prior provincialis ejusd. ordinis per Belgium in librò ejusdem cum præcedentò tituli: Idem fecit Josephus Pampylus in Chronico ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini Romæ 1581 in 4to Item Philippus Elsius. Absque dubio quoqve & id ipsum egit nobilissimum ejus ordinis decus Onuphrius Panvinius tum in Chronico ordinis Eremitarum publici juris factò, tum in historia ejusdem ordinis affectâ quidem sed non absolutâ. Præter quos etiam Cornelius Curtius scripsit Virorum illustrium ord. Eremit. S. Augustini elogia cum iconibus 1636. Antwerp. in 4to. editâ. Carthusiani sequuntur, ubi in ipso horum historiæ limine non negligendus Joh. Lannojus de verâ causâ secessûs Brunonis (Carthusianorum Auctoris) in eremum, Arg. 1656. in 8vo. Cum quo hîc conferendus est Natalis Alexander in select. Histor. Eccles. Cap. Secul. XI. & XII. P. I. edit. Paris an. 1683. in 8vo. Item Aubertus Miraus in originibus Carthusianorum Monasteriorum per orbem Colon. 1609. in 8vo. Celebrarunt hosce Petrus Dorlandus in Chronico Carthusiensi sive coronâ de viris Carthusiani ordinis illustribus, quæ cum notis Theodori Petreji fuit edita Col. 1608. in 8vo. De iisdem egit idem Petrejus Campensis conscriptâ Bibliothecâ Carthusianâ. Præterea de Carthusianis celebribus libros scripserunt Arnoldus Bostius, Petrus Plomerenna, Franciscus de Puteo, Petrus Sutor, Jacob. de Plebe in catalogò

D

illu-

illustrium scriptorum ejusdem ordinis. De Cisterciensibus consulendi sunt *Aubertus Miraus* in *Chronicò Cisterciensis ordinis*, Coloniae Ubiorum, 1614. in 8vo. *Angelus Manrique* in *Annalibus Ecclesiasticis Cisterciensibus* à conditio Cistercio Tom. IV. Lugd. an. 1624. sq. in fol. *Caspar Jongelinus* in purpura D. *Bernardi* elogia & insignia gentilitia Pontificum, Cardinalium & Episcoporum, qui ex ordine Cisterciensi in Ecclesià Romanà floruerunt, repræsentante, Coloniae Agrippinae 1644. in fol. *Carolus de Visch* in *Bibliothecà Scriptorum ordinis Cisterciensis*. *Chrysothomus Henriquez* in fasciculò *Sanctorum ordinis Cisterciensis* Tom II, Brux. 1623. in fol. nec non in *Menologiò, regulà, constitutionibus & privilegiis ordinis Cisterciensis* Tom. II. Antvv. 1630. in fol. *Bibliothecam Patrum Cisterciensium* seu opera Abbatum & Monachorum ordinis Cisterciensis Tom. VIII. Bonofonte 1660. in fol. edidit *Bertrandus Tiscierus*. *Ordinis Cluniacensis* viros celebres laudant *Martinus Marrier* & *Andreas Quercetanus* in *Bibliothecà Cluniacensi* seu SS. Patrum, Abbatum *Cluniscensium* vitis, miraculis, scriptis, statutis Paris. 1614. in fol. *Ordinis Hieronymiani* historiam dedit *Josephus de sequenza*. *Franciscanos* seu ordines *Minorum* scriptores memoravit *Henricus Villotius*, ordinis sui Minister Provincialis & per Belgium Commissarius generalis editò opere, quod inscripsit *Athenas orthodoxorum Sodalitii Franciscani*. *Henricus Sædulus* in *historià Seraphicà vitæ Francisci Asfisciatis illustriumque virorum & foeminarum*. Antvverp. 1613. in fol. *Lucas VVaddingus* in *Annalibus Minorum*, in quibus res omnes trium ordinum à S. Francisco institutorum ab oblivione vindicantur Tom. VII. in fol. Lugd. 1647. *Petrus Rudolfus Tufiniacensis* in *historia Seraphicà*. *Franc. Gonzaga* de origine & progressibus Seraphicæ Religionis Franciscanæ. *Franc. Lanovii* *Chronicum generale ordinis minorum*. *Angeli* à S. *Francisco* *Catalogus Scriptorum illustrium Anglorum Seraphici ordinis S. Francisci*, de cujus vita, regula & miraculis opus per modum *Legendæ* conscriptum est; cui subjuncta *Bonaventura* descriptio vitæ & virtutum ac miraculorum S. *Francisci* MS. olim reperiebatur in *Bibliotheca Wittianâ* *Dominicanos* sive prædica-

dicatorum ordinis Claros viros commendavit libris de
viris illustribus sui ordinis Leander Albertus, alias Italiae descriptione
 celebris, Bon. 1517. in fol. De iisdem egit peculiari opere
*Ambrosius Gazzeus in catalogo Virorum ex familia prædicatorum, doctrinâ
 illustrium. Antonius Senensis de conceptione in Bibliotheca Virorum
 insignium ordinis prædicatorum cum ejusdem Chronicò Domini-*
nicani edita, Quod porrò etiam præstitit Petrus Malpeus Bruxel-
lensis in Athenæo Dominicanò. idem demum fecit Joh. Michaël Pius
in vitis Virorum illustrium ordinis S. Dominici. Antonius Malletus in histo-
riâ Virorum illustrium, qui aut priores aut religiosi fuerunt in con-
ventu S. Jacobi Parisiensis ordinis prædicatorum. Johannes Garzovius
de Viris illustribus ord. Prædicatorum. Seraphini Razzi historia
Italica Virorum illustrium ordinis prædicatorum. Alphonsus Fer-
nandez Placentinus in notitiâ Scriptorum, Præsulum &c. ejusdem
sacræ familiæ. Item Joh. Albertus, & Joh. Mariolta. Extat quoque
Anonymi Scriptoris index præcipuorum auctorum, qui spiritualia
& moralia scripserunt ex familia prædicatorum Conf. Lips. in
Actis erudit an. 1691. p. 331. De Celebribus Viris Ordinis Præ-
monstratensis egit Aubertus Miraus in Chronicò ordinis Præmonstraten-
sis, Coloniae 1613. in 8vo. & in Bibliothecâ ordinis Præmonstratensis
Johannes le Paige Paris. 1633. in fol. De illustribus viris ordinis
Servorum peculiariter egit Jacobus de Plebe. In Jesuitis celebrandis
primum occupatus fuit Petrus Ribadeneira Catalogò Scriptorum Socie-
tatis Jesu publicatò. Quem deinde novo apparatu librorum ad
annum recuperatæ salutis 1642. editorum magna curâ atque di-
ligentiâ continuavit & auxit in Bibliotheca scriptorum Societatis, Jesu
Philippus Alegambe, Bruxellensis, Conf. de vita Ignatii Lojola Jesui-
tarum Patriarchæ Ribadeneira, cui Scholia adjecit Simon 8vo.
1598. Jacobi Gretzeri Apologia pro vita Ignatii Lojola 8vo. 1601.
Maffejus de vita Ignatii Lojola 4to. Rom. 1583. Item Jacobus Bider-
mannus de vita & gloriâ Ignatii Lojola.

§. 9.

Quia inter martyres, quos Ecclesia Papæa celebrat & literis

ad stuporem usque perpoliti aliquando reperiuntur, idcirco & hinc illorum memoriam recolere voluimus. Oculos autem nostros primum conjicimus in purpuram *Baronii*, cujus Martyrologium Romanum Coloniae 1603. Moguntiae 1634. in 4to. Paris. 1645. in fol. & alibi aliàs prodiit. Hunc supplevit *Philippus Ferrarius* in *catalogo generali Sanctorum Venetiis* 1625 in 4to *Andreas du Sauffay* in *Martyrologio Gallicano* II. Vol. in fol. Lutet. Paris. 1637 *Johannes Tamayo Salazar* in *Martyrologio Hispano* Tom. VI. in fol. Lugd. 1681. seq. *Art. à Monstier* in *Martyrologio Franciscano* Paris 1653. in fol. *Vitas Sanctorum Laurentius Surius* auxit, emendavit & notis marginalibus illustravit Coloniae 1617. Tom. IV Post alios, qui sive in compendiis sive grandioribus libris *Sanctos* complexi sunt, singulari tandem curâ *Joh. Bollandus*, *Godefridus Henschenius*, *Daniel Papebrochius*, *Franciscus Bærtius*, *Conradus Janningius* acta Sanctorum Januarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maji, Junii collegerunt & multis Voluminibus, scilicet jam tum XX. Tomis, ediderunt, Antverpiæ inde ab A. 1643. ad an. 1688. Quid de hoc opere *Meibomius* sentiat, id aperit in introductione in histor. infer. Saxoniae p 68. seq. Confer. *Lips.* in *Actis Eruditorum* an. 1683. p. 5. seq. ubi varii Auctores, qui de Sanctis scripsere, recensentur.

§. 10.

Seorsim Eruditorum Pontificiorum vitas aliquando editas reperimus. Ita *Cornelii Jansenii*, quondam Episcopi Yprensis, vitam & mortem nec non ipsius & sequacium dogmata descripsit *Melchior Leydeckerus* in VI. libris de *historiâ Jansenismi*, Trajecti ad Rhenum 1695. in 8vo. *Henrici Valesii* vita deprehenditur inter vitas selectorum aliquot Virorum Londini 1681. in 4to edit. Ita & extat *Adriani Valesii* Historiographi Regii de vitâ *Henrici Valesii* liber ad Ludovicum Nublæum Lips. 1680. in 8vo. *Petri de Marca*, Archi-Episcopi quondam Parisiensis, vitam edidit *Paulus de Faget* ejusque Dissertationibus posthumis edit. Paris. 1669. in 12mo. præfixit 4to & *Stephanus Baluzius* exaravit in Epistolam de quoq; vitâ, rebus gestis, moribus & scriptis *Petri de Marca* Paris. 1663. in 8vo.

In

In obitum *Dionysii Petavii Henricus Valesius* orationem habuit, quæ reperitur inter vitas selectorum aliquot Virorum Londini 1681. in 4to. editas; item *Epiphani* editioni Petavianæ præmissa est. In obitum *Jacobi Sirmondi* itidem *Henrici Valesii* Orationem habemus. *Bellarmini* vitam descripsit *Jacobus Fuligattus* 8vo. Antwerpiaë 1636. De eadem vitâ egit *Petra Sancta* Leodiæ & Antwerpiaë 4to. Confer Dn. D. *J. Fr. Mayerus* in de *frus de Bellarmini* librô. Vitam *Francisci Xaverii* scripsit *Horatius Tursellinus* 8vo Antwerpiaë 1596. Confer, *Saussay* in continuatione ad *Bellarminum* de *Scriptoribus Ecclesiasticis*. Item *Bartolus* Lugd. 8vo. ac *de Villa Castin*. *Barcellona*. 4to. De vitâ *Cæsaris Baronii* egit Hieronymus Barnabæus, Romæ 1651. 4to. Vita del Padre *Paolo*, Theologo della Serenissima Republica di Venetia: in Venetiâ 1657. in 12mo. Hujus vita ejusdem *Concilio Tridentino* est præmissa. *Francisci Suarezii* vita ejus operibus Moguntiaë 1620. in fol. editis præfixa est. *Nicolai Serarii* vita prostat in ejusdem operibus, Moguntiaë 1611. editis.

SECTIO III.

De Jurisconsultis.

§. I.

AD eos pedem promovemus, qui de *Jurisconsultis* egerunt, ubi præcipuè nos subit memoria *Nicolai Stenelii*, qui *De Veteribus Jureconsultis*, è quorum legibus *Justitia Romana templum constructum est*, Commentarium Lipsiæ 1641 in 8vo edidit. *Aymarus Rivallius* historiae *Juris Civilis* libr. V. de *priscis Jureconsultis*, qui sub primis Romanis Cæsaribus vixerunt, & ex quorum scriptis hinc inde in *Pandectis* adducuntur excerpta, agit hõc modò, ut à *Capitone* incipiat & in *Sexto Pedio* desinat. *Catellianus Cotta* concisus præcipuos *Jurisconsultorum* ordinis Viros à *Quinto Mutio Scævola* ordiendo recenset in exiguæ molis libro *de Jurisperitis*. Diffusior aliquantum est Vi-

rorum illustrium, qui vel scripserunt, vel jurisperitiam in Scholis docuerunt, & quò tempore floruerunt, Epitome, quam juxta ordinem alphabeticum confecit *Marcus Mantua*, tamen de illis duntaxat agit, qui post ejus usum in Italiâ restitutum vixerunt: Quod etiam fecit *Johannes Fichardus*, conscriptâ Perioche vitarum recentiorum *Jureconsultorum* ab Irnerio usque ad Huldricum Zafium. hos omnes excipit diffusior hujus argumenti tractatio, quæ occupavit *Valentinum Försterum* libro 2. & 3. historiæ Juris Romani, ita tamen, ut tantum non unicè in Italos describendos operam infumat, sed sub finem quoque aliarum gentium *Jurisconsultorum* mentionem faciat, licet eosdem nominatenus duntaxat perstringat. Digna tamen integra hæc *Försteri* historia cum V. istis modò laudatis hujus argumenti scriptoribus visâ est, ut in ingens illud tractatum universi juris opus auctoritate Gregorii XIII. congereretur. *Guidus Panzirolus* multis ad antiquitatis & variorum eruditionis illustrationem pertinentibus scriptis clarus de *claris legum interpretibus* IV. libros composuit & divulgavit, qui anno præcedentis Seculi supra quinquagesimum quinto Venetiis secundum prodierunt, editi ab Octavio Panzirolo, nepote: collecti forsitan & in ordinem redacti ab eodem è diversis Patrum ejus argumenti commentariis, quantum è vita *Guidi* operi præmissa, colligere possumus; nisi quod & ille paucissimis duntaxat exceptis suis popularibus solis scilicet Italici sui celebrandis operam impenderit. Prostat quoque tractatus *Baldi Perusini* de commemorationibus famosissimorum Doctorum in utròque jure: Item *Joh. Baptista Caccialupi* de illustribus *Jurisconsultis libellus*. De recentioribus *Jureconsultis* strictim egit *Raphael Volaterranus* lib XXI. Anthropologiæ. *Bernardinus Gasnerus* scripsit nomenclaturam Doctorum in utròque jure passim per compendia literarum citatorum ordine literarum. *Johannes* autem *Lorichius* confecit Catalogum *Jurisconsultorum veterum*, quotquot aut vitâ aut scriptis celebres sunt, cui recentiores *Jureconsulti* singulis distichis comprehensi per *Matthæum Gribaldum* adjecti sunt. Quibus omnibus accensendum est *Joannis Betrandi Βιρόμινov* five de *Juris-*

ris-

risperitis libri duo, Tolosæ 1622. & Lugd. Batavorum 1675. in 8vo. impresfi. *Melchioris Adami Vitæ* Jctorum Germanorum, Heidelbergæ 1620. in 8vo. *Henningii Witten* memoriæ Jctorum lucem viderunt Francofurti 1676. 8vo. Quorundam illustrium Jureconsultorum imagines, quæ inveniri potuerunt, ad vivam effigiem expressæ ex Museo *Mari Mantua Benavidii Patavini*, Jureconsulti Clarissimi, Venetiis 1570. prodierunt.

§. 2.

Ita & factum est, ut multi eruditorum singulatim aliquorum *Jureconsultorum* memoriam ab oblivione, quæ memoriæ, rerum, commissarum custodi, quam fida etiam sit, semper multum subtrahit, vindicarint: *Reuchlini* Viri non Capnionis, sed Phosphori nomine digni, Jcti Celeberrimi & Philologiæ Sacræ primi in Germaniâ instauratoris vitam descripsit Joh. Henr. Majus Giesensium Philologus ac Theologus Celeberrimus, & edidit Francofurti 1687. in 8vo. De Vitâ *Johannis Schneiderwini*, famigeratissimi Wittenbergensium Jcti peculiari ac eleganti oratione egit Joachimus de Beyst. Witteb. 1577. in 8vo. *Georgii Budai* vitam descripsit Ludovicus Regius Lutetiæ 1577. in 4to. Vita Hugonis Grotii habetur inter vitas Selectorum aliquot Virorum hodiernorum 1681. in 4to. editis p. 420. Confer. Joh. Adamus Ofiander in prolegom. observationum de jure Belli & pacis lib. III. præmissis Tubingæ. 1671. in 8vo *Petri Pitæi* vita ejus operibus Paris. 1609 in 4to. editis adjuncta est. *Jacob. Augusti Thuani* Vita reperitur in Thuano enuncleato Helmst. 1673. II. Vol. in 4to. *Joh. Thesmari* Vitam breviter delineatam videmus commentario ejus in Grot. de Jure B. & P. præfixam, Francof. ad Mœnum 1696 in fol. *Försteri* vita præmittitur ejusdem libro de Jurisdictione Romanâ, Helmestad. 1610 8. Vttam *Henrici Linckii* ejus commentario in decretales Norimb. 1697 in 4to. præfixam edidit Magnus Daniel Omeifius.

SE-

SECTIO IV.

De Medicis.

§. I.

Illustrium Medicorum Vitas quoque perpendimus. Primus superiori Seculo hoc argumentum aggressus est *Symphorianus Campegius*, de claris Medicinæ Scriptoribus veteribus ac recentioribus edito librô. Quem statim excepit *Remaclus Fuchsius*, *illustrium medicorum vitis*, additô Symphoriani Neotericorum quorundam Medicorum catalogô, vulgatis. Porro *Casparis Peuceri* viri Doctissimi vitas illustrium Medicorum suppressô nomine prodiisse, sibi licet usque dum non visas testatur Melchior Adami in vitâ ejusdem p. m. 390. vit. Medic. Ejusdem quoque operis meminit *Schenckius* in Bibliothecâ, sed itidem ut sibi non visi. In eodem argumentô & occupatus fuit *Petrus Castellanus* editis illustrium Medicorum vitis, qui totô orbe ad sua usq; tempora floruerunt. In quibus tamen multorum sec. VI præstantiorum Medicorum vitæ desiderantur. Omnes omnino, de quibus in illo opere agitur, sunt CLXXX, quorum indicem exhibet van der Linden. Non multo post *Johannes Neander* divulgavit *suum Syntag. in quò præter alia cum Medicinæ natalitia tùm restauratores & propagatores cum historiis eorum, vitis ac scriptis depinguntur*: sed quem aliorum ferè semper scripta, nullô, judicio, nullaque temporum ratione habitâ expilare, absurdaque sæpissimè atque sibi ex adverso pugnancia in medium adducere atq; pronunciare; item aliorum τὰ ἀρεγὰ tacitô nomine non tam exscribere, quam corrumpere notat in Galeni Chronologico elogio *Philippus Labbeus*. Omnium fusissimè hoc argumentum tractavit *Joh. Henricus Meibomius* magno opere de vitis Medicorum conscriptô, quod orbis eruditus jam dudum avidè expectat. Confer. *Henricus Meibomius* in Epistolâ MSc. ad maximum Medicum & Polyhystorem Georg. Hieronymum Velschium. Πολυμαθῆσαντον *Reinesium* inter alia *Historia quoque Medicorum* excudende typographum quævisse discimus ex ejus epistolis ad Hoff-

Hoffmannum & Rupertum p. 579. *Priscorum Medicorum vitas* pollicitus est *Ægidius Menagius*. *Melchior Adami vitas Germanorum Medicorum* edidit in 8vo Heidelberg. 1620. *Henningii Vitten Memoria Medicorum* prostant Francof. 1676. in 8vo. *Claudii Galeni vitam* collegit & operibus ejusd. 1679. aliquot Volum. in fol. editis præmisit *Renatus Charterius*. *Avicennæ* vita ex *Sorsano* Arabe ejus discipulo à *Nic. Massa* Philosopho & Medico præst. desumpta, latine scripta & præfixa est *Avicennæ* Canonis Medicinæ, Venetiis 1595. fol. *Hieronymus Cardanus* ipsemet vitam suam delineavit & Operibus suis Lugd. 1663. aliquot Tomis in fol. editis præmisit. Huc & pertinent *Epitaphia & Epicedia Illustrium Medicorum*, quæ ex paterna Bibliotheca in lucem retulit *Joh. Georg. Schenckius*. Icones autem seu vivas imagines Medicorum & Philosophorum veterum & recentium collectos edidit *Johannes Sambucus*. *Schenckius* quoque *Iconum Illustrium Medicorum* centuriam vulgavit.

SECTIO V.

De Philosophis & Literatis.

S. I.

NAm ad illos, qui de Philosophis eorumque scriptis commentarios confecerunt, transimus. Ubi principio in memoriam revocamus *Diogenis Laërtii* de vitâ, placitis & apophtegmatibus eorum, qui in Philosophiâ claruerunt, libros præstantissimos à diversis latine translatos, illustratos & editos. Hujus editiones ac versiones singulas enumeraremus, nisi id fecisset doctissimus *Gallus Menagius* sub initium observationum suarû in illud opus. Quondam potissimum in manibus literatorum erat *Henrici Stephani* editio, usq; dum Londinensis anno præcedentis Seculi LXIV. prodibat. Hac simul junctim exhibentur plerorumque, qui deditâ opera sive emendandô, sive illustrando illis libris lucem attulerunt, partim antehac partim tum primum vulgatæ commentationes; videlicet *Henrici Stephani*, (omni-

E

um

um typographorum, quotquot unquam vixerunt, præstantissimi, ita, ut & meruerit, quod singulari librò celeberrimus *Almelovenius* de eòdem egerit) *Isaaci Casauboni, Thoma Aldobrandini, Merici Casauboni* annotationes & notæ, additis uberrimis *Egidii Menagii* observationibus: Quibus illud ipsum, quod docti in Diogene desiderant, est præstitum. Nitidissima hujus editio prodiit Amstelodami 1698. in 4to. *Petrus Lambecius* analysin & selecta publicarum prælectionum in libros illos Diogenis cum accuratissimò indice omnium Scriptorum, qui in eò opere citantur, promisit in Catalogò scriptorum suorum jam absolutorum, quem rerum *Hamburgensium* librò I. subnexiit. *Philostratus* junior (qui *Macrini* Imperatoris temporibus & deinceps floruit, & libros patris *Philostrati Lemmii* de vitâ *Apollonii Tyanai* edidit) composuit vitas Sophistarum: Videatur *Johannes Meursius* in Dissertatione, quam epistolis *Philostrati*, primitus à se vulgatis, attexuit: addatur *Jonsius* Historiæ Philosophicæ III. 14. Post hunc *Eunapius* exiguæ molis librò vitas Philosophorum & Sophistarum complexus est, qui græcè primum prodiit ex Bibliothecâ *Johannis Sambuci*, latinè dein versus ab *Hadrianò Juniò*, & demum adjunctus Diogenis Operi annò præcedentis Seculi XVI. *Coloniæ Allobrogum* recuso. Præterea etiam singulatim in 8vo. prodiit. Diogenis Operi insertus etiam est liber, sive ut *Suidas* vocat, ὀνοματολόγος, aut tabula eruditione Clarorum Virorum, *Hesychii Milesii* epithetò dicti illustris, quem librum græcè primum itidem è Bibliotheca *Sambuci* Plantiniana officina *Antwerpia* dedit, latinè vero interpretatus est *Hadrianus Junius*, notis demum illustraverunt idem *Junius, Henricus Stephanus, Johannes Meursius*, licet in se spectatus non adeo magni ponderis ac momenti liber ille sit. Tandem in *Suida* quoque collectaneis plurima de vitis tum aliorum doctorum Virorum, tum Philosophorum habentur, quæ non tam ex XI. illis Lexicographis, è quibus opus illud, prout in ejus frontispiciò legimus, congestum est,

est, quam ex aliis Historicis sunt excerpta; quod &, ne nunc alios memorem, Gesnero in Bibliothecâ fuit visum. *Johannes Jonsius* libros de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ, unicè huic argumento dicatos, Francofurti publicavit. *Johannes Jacobus Frisius* & in hõc genere operam suam orbi commendare annis est, editâ Bibliothecâ Philosophorum Clasficorum Chronologicâ, in qua Veterum Philosophorum origo, successio, ætas & doctrina compendiõ ab Origine mundi usque ad suam ætatem ab ipso proponitur, Tiguri 1592. in 4to. Sexennio post anno videlicet sec. XVI. duodecentissimo eandem cognitionem adjuvit nomenclatore Scriptorum Philosophicorum & Philologicorum Argentorati vulgato. Germanorum Philosophorum vitas *Melchior Adami* vulgavit Francofurti 1663. in 8vo. Memorias Philosophorum ibidem 1677. in 8vo edidit *Henningius VVitten*. *Thomas Stanley* vitas Philosophorum eruditissimè descriptas vulgavit Anglicè in fol.

§. 2.

Certos Philosophos memoriæ prodere plurimi allaborarunt. *Aristotelis* vita auctore Ammonio Gr. & Lat. prodiit, ejusque operibus 1597. in 8vo. editis præfixa est. Huc pertinet index geminus, alter auctorum, qui suis laboribus & lucubrationibus Aristotelis libros ac Philosophiam conati sunt illustrare; alter, quò declaratur, quid sit à quòque ex Interpretibus in singulas Aristotelicæ Philosophiæ partes scriptum: collectus à Paschale Gallo in Bibliothecâ Gesneri, ac subjunctus editioni Aristotelis Casaubonianæ alteri. Similiter ante aliquot annos Syllabum Interpretum *Platonis* atque *Aristotelis* edidit Philippus Labbeus. De vita & Apophtegmatibus *Socratis* gallice egit Franciscus Carpentarius, quem Germanicè transtulit Christianus Thomasius in 8vo. De dictis & factis *Socratis* egit Xenophon. De Scriptis *Socratis* peculiari dissertatione epistolis Socraticis adjectâ egit Allatius, Plutarchus, Apulejus & alii de Deo *Socratis*. Chifletius de gemmis *Socratis*

egit. Hūc etiam facit Augustini Nyphi *Apologia Socratis*. De *Pythagorâ* egit Jamblichus, Godofredus Wendelinus, Omeisius, & Joh. Schefferus, omnis literaturæ callentissimus, una cum Joh. Schilterô; Item Lucas Holstenius: De eâdem vita egit Malchius ex recognitione Conradi Rittershusii, & cum notis Dan. Heinsii Altorf. 1610. in 8vo. *Epicuri* vitam Petrus Gassendus uberrimè exposuit in miscellaneis Lugd. 1658. in fol. editis. Confer. de eisdem Vita Jacobus Rondellius Amsterd. 1693. 12mo. *Plotini* vitam Porphyrius edidit, *Solonis* vitam Meursius edidit in 4to. Vitam *Procli* Marinus Neapolitanus descripsit, quam emendavit & illustravit Dom. D. Joh. Albertus Fabricius Hamburgi. 1700. 4to. *Peireskii*, *Tychonis Brahei*, *Copernici*, *Paurbachii* & *Regiomontani* vitas Petrus Gassendus enarravit & edidit Lugd. 1658. in fol. *Joh. Baptista Morinus* ipse vitam suam descripsit & præmisit Astrologiæ. Hagæ Comitum 1661. in fol. *Confucii* vita operib. ejus Paris. 1687. in fol. præmissa est.

§ 3.

Hic non in commodè subjungimus, qui Historicorum peculiariter ita dictorum vitas literarum monumentis mandaverunt. Hic omnium operosissimè universum hoc argumentum pertractavit ob præclara in Rempublicam literariam merita celeberrimus Gerard. Job. Vossius de Historicis Græcis quatuor, & Historicis Latinis libris tribus summa diligentia atque labore conscriptis. Quatuor illis de Historicis Græcis libris eximium illud Germanicæ Nobilitatis decus, Bernardus à Mallinckrot Paralipom. Centurias V. addidit, easdemquè unâ cum de summo bono dissertatione Colonia Agrippinæ publicavit. Seorsim autem hic circa Romanarum rerum Scriptores fuit occupatus Martinus Hanckius. Quò & pertinet Sigonii judicium de Historicis, qui res Romanas scripserunt ab urbe condita ad Caroli M. Imperatoris tempora: Cui post accesserunt Balthasaris Bonifacij excerpta de XL. Romanæ historiæ Scriptorum vitis. De Byzantinis Historicis itidem egit Martinus Hanckius, ubi exhibuit eorum

orum vitas, scripta, horum editiones aliorumquè de iis iudicia. Marcellini de *Thucydidis* vitâ & genere dicendi excerpta & integra ipsius historica dissertatio ab Isaaco Casaubono primùm latinitate donata, postea verò ab Æmilio Porto accuratè recognita & multis locis novâ interpretatione illustrata Thucydidis edit. Francof. 1594 præfixa est. *Velleji* nomina, genus, vita, scripta reperiuntur C. Vellejo Paterculo cum animadversionibus Justi Lipsij, quas postremùm auxit & emendavit, præfixa Antwerp. 1648. in fol. *Annales Vellejani* Oxonij 1698 in 8vo. prodierunt. Cornelii *Taciti* vita præfixa est edit. Antwerp. 1648 in fol.

§. 4.

Ab iis, quibus Historicorum notitiam debemus, pergimus jam ad eos, qui de Oratoribus egerunt, ubi plurima in universalibus indicibus, pauca seorsim observata reperimus: annotamus tamen vitam *Demosthenis*, quæ ex Andrea Schotti parallelis ejus operibus Francof. 1604 in fol editis præmissa est. *Libanii* vita ejusdem operibus, quæ Paris. 1606 prodierunt, præmissa est. *Themistii* vita ejus Orationibus XVI. Græcè & Lat. edit. præfixa est. *M. Tullii Ciceronis* patriam, genus, ingenium, studia, doctrinam, mores, vitam, facta, res gestas, mortem tradidit & ejusd. operibus Lugd. 1585 in fol. præmisit Dionysius Lambinus: item Christophorus *Pannonius* & *Corradus* in *Quæstura*, Paris. 1685 in fol. *Isocratis* vita ejus operib. Arg. 1613 edit. præfixa est.

§ 5.

Illos excipit ordo Poëtarum, quibus memorandis & celebrandis præter universales Scriptorum *Vossium* & *Gyraldum* peculiariter etiam nonnulli studium suum impertiverunt. Primum autem hîc illucet *Homeri* ingenium, de quò rectè ait Vellejus Paterculus libr. I. quod nequè ante illum, quem ille imitaretur, nequè post illum, qui eum imitari possit, inventus sit. De hoc nonnulla Eustachio præfixit Nic. Majoranus Basil. 1560. in fol. Ludovicus Küsterus, aliàs Neocorus dictus, historiam Criticam *Homeri* edidit Francof. ad Viadrum 1696. in 8vo. *Hesiodi* vita ex Lylij Gyral-

raldi dialogo II. Hesiodo edit. Amsteld. 1657 in 8vo. præmissa est. *Æschyli* vita græce scripta ejus VII. Tragædiis præfixa est 1557. in 4to. De vita & scriptis *Lycophronis* egit Tzetzes ejusdem editioni Oxon. 1697 in fol. præmissus. *Ennii* vita in ipsius Fragment. Lugd. Batav. 1595. in 4to. reperitur. Caspar Sagittarius commentationem de vita & scriptis *Livii Andronici, Nevii, Ennii, Cæciliii Stæstii, Pacuvii, Accii, Attilii, Lucilii, Afranii, M. Porcii Catonis* instituit Altenb. 1672 in. 8vo. *Claudiani* vita ex Gyraldi IV. dialogo eidem præposita est Antverp. 1607. in 12mo. *T. Lucretii Cari* patriam genus, vitæ studium, ingenium, mortis genus & tempus exposuit D. Lambinus acejusd. libri editioni Francof. 1583 in 8vo. præmisit. De vitâ & scriptis *Luciani* narrationem Jacobus Zwingerus instituit, & Operib. Coloniae Allobrog. 1563. in 8vo. editis præfixit. *Virgilio Maronis* vita præmissa est ejus Operib. Coloniae 1624 4to. Vitam *Martialis* descripsit Petrus Crinitus, & præfixa deprehenditur edit. Lugd. Batav. 1661. in 8vo. *Terentii* vita Auctore Ælio Donato præmittitur ejus Operibus Francof. 1623. in 4to. *Persii* vita ejus Satyris Paris. 1613. in 4to. præfixa est: Ita & in Operibus *Theocriti, Moschi, Bionis* &c. 1604. in 4to. editis vitæ eorundem reperiuntur.

§. 6.

Pluribus hîc de Grammaticis & Criticis tam Sacris, quàm profanis, ut & populorum & illiteratarum artium Scriptoribus, item Artificibus agere voluisssem, nisi alia negotia necessario expedienda me pedem hîc sistere & filum abrumpere cogerent. Quare repeto meam petitionem, & maximopere à benevolo honoratissimoq; Lectore contendo, ut in hisce censendis, omnibus circumstantiis probè observatis, se in genuum præbeat, mecumque Zoilos ex animo detestetur. Hoc ipsò eò magis me sibi ad officia præstanda obstringet. Interim DEO pro hisce sit Laus & Gloria!



ft.
in
m
ht.
n-
a-
uit
i-
m
x.
o.
as
o.
o-
e-
i-
n
n
i-
m
s,
ö
t.
o
-

Nr 105 d

VD 4

ULB Halle
006 569 412

3







TABULA
IOGRA-
PHICA

NOTITIAM
PRÆSTANTISSIMORUM
QUORUMVIS VIRORUM
ARMIS LITERISQUE INCLUTORUM
REPRÆSENTANS

ADORNATA
ET
PER-ILLUSTRI, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO

VIRO
DN. CHRISTIANO
WILHELMO EYBENIO

SERENISSIMO HOLSATICO-SLESVICENSIDUCI
à CONSILII STATUS

MOECENATI AC PATRONO MAXIMO
DEDICATA

JOH. CHRISTOPHORO WINCKLERO,
JURISPRUD. CULTORE.

HAMBURGI,
Typis CONRADI NEUMANNI, Senatus Gymn. & Scholæ Typogr.

